

Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 15

Dum cogitante vel tractante me de anima mea seu de vita futura, ut in quantitate apud pio domino veniam merear accipere ego Chunipertus propriam ibi ecclesiam in honore beati apostolorum principis Petri ecclesiam condedi cum sociis suis quam venerabilis pontifex Joseph dedicavit cuius ditioni earn fieri firmavi ad domum publicum beatae genetricis dei infra oppido Frigisingas moeniis constructam, ut Itaque propriam hereditatem atque empticam in iam praedicto loco colones VIII cum omnibus utensilibus eorum quorumque nomina in ultimo inserimus ; reliqua autem utensilia, id est in villam Tactara campis pratis pascuis silvis aquarumque decursibus et quicquid nostris ditionibus esse videtur excepto colone nuncupante Liupo quem filio filii mei tradidi, reliqua autem huius loci omnia utensilia plenissima devotione ad praedictum locum fieri in perpetua confirmavi nullo prohibente. Si et insuper et nihilominus Haec Signum † Chuniperhti qui hanc donationem fieri atque firmare rogavit. Signum † Joseph episcopi. Signum f Mannoni episcopi. Signum † Zottoni presbiteri. Signum † Arbionis archipresbiteri. Signum † Uualtrih atque Haimilonis seu Otonis presbiterorum. Signum † Raginoni presidi. Signum † Cundpaldi iudicis. Signum † Adalperht. Signum † Isini. Signum † Uictoris. Signum † Raginhari. Signum † Anagrim. Signum † Lanfrid. Actum in castro publico nuncupante Frigisinga sub die regnante iulustrissimo rege domno Pippino anno octavo regni eius et venerabile duce Tassilone anno XII. regni eius indictione XII. Ego Ego Tassilo dux Baioariorum confirmavi hanc epistulam.